



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt CXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

CAPUT CXXI.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM
in Monachio Bauariæ vrbe.

Collegium istud Canonicorū, an. 1495.
Instituit Albertus Bauariæ Dux, ac dota-
uit annuis censibus monasteriorum nunc ex-
stinctorum Schlirensis & Ilmunsteriensis,
Romano Pontifice adprobante. Vide Origi-
nes nostros Augustinianos cap. 18.

PAFFEN MVNSTERIENSE COLLE-
gium Germanicè Pfaffenmunster, nunc in
opido Straubinga, apud Bauaros.

Collegiata ista Ecclesia Canoniconum;
supra Straubingam fundata est, cum
septem monasterijs per Utilem Ducē Ba-
uariæ, institu S. Pirminij, Metensis Episco-
pi, qui eam dedicauit in honorem Sancti Ti-
burtij. Otto Argentinensis Episcopus mona-
chos Sancti Benedicti illic constituit, circa an-
num Domini 742. Henricus Dux Bauariæ
Canonicos in Meten habitantes transtulit ad
hanc Ecclesiam Monasteriensem; & monachos
è contra collocauit in Meteti, circa ann. 1156.
Hæc Ecclesia aliquoties igne consumpta, de-
solata, & paulatim rursus erecta legitur. Te-
stantur hoc vestigia murorum. **V**ilhelmus pijs-
simus ac Catholicissimus Bauariæ Dux pro-
zelo, cum consensu Summi Pontificis, & or-
dinarij Ratisbonensis Episc. transtulit colle-
giūm

gium istud Straubingam, & cum parochiali Ecclesia ibi vniuit, ijsdem ferè statutis, regulis ac priuilegijs, quibus collegiata Monachij floret Ecclesia anno 1581.

Sic ferè Hundius in Metropoli Salisburgēsi.

C A P V T C X X I I .

DE ABBĀTIBVS SECVLARIBVS
quorundam Collegiorum Canonicalium.

SVnt quædam Canonicorū collegia quorum Rectores sex præfecti vocantur, & sunt Abbates sacerdotes. Sic in Ecclesia collegiata S. Petri du dorat, in inferiori Pictonum Marchia, in Ecclesia S. Martini Turonensis; S. Hilarij Pictauensis, S. Mariae Pictauensis, Sanctæ Mariæ Corboniensis, in d. Parisiensi, & alijs Ecclesijs Abbates primām obtinent inter Canonicos dignitatem secularium. Sic Ostiensis memorat Abbatem secularēm Sancti Felicis Valentini idemque Claromontane Aruernorum Basiliæ: & addit multos eius generis Abbates in Hispania reperiri:

Sunt item multorum collegiorum Priors seculares: de quibus vide Chopinum lib. 1: de sacra Politia titulo primo.

In diœcesi olim Leodiensi ante multiplicatos in Belgio Episcopatus, duodecim illius generis Abbates sacerdotes numerabantur, videlicet.

S. Mariæ & S. Lamberti, Leodiensis.

O 2

S. Mariæ